

**10**

*Curriculum vitae* di José María Escrivá de Balaguer y Albás, inviato dal vescovo di Madrid-Alcalá, mons. Casimiro Morcillo, alla Santa Sede in data 28 agosto 1943. (Testo ripreso da: Amedeo de Fuenmayor – Valentín Gómez-Iglesias – José Luis Illanes, *El itinerario jurídico del Opus Dei. Historia e defensa de un carisma*, Pamplona, Ediciones Universidad de Navarra, 1989<sup>2</sup>, pag. 521-524, doc. n. 11).

***Curriculum vitae del Fundador del Opus Dei, enviado por el Obispo de Madrid-Alcalá a la Santa Sede; 28-VIII-1943.***

AGP, Sezione Giuridica, III/15081.

**OBISPADO DE MADRID-ALCALÁ**

***REV. DUS DOMINUS JOSEPH MARIA ESCRIVA DE BALAGUER Y ALBAS,  
RECTOR REGII PATRONATUS A SANCTA ELISABETH, MATRITI CONSTITUTI.***

Aragoniae in Barbastrensi civitate natus die 9 ianuarii anni 1902, cuius Joseph Escrivá de Balaguer Corzán et Maria a Virgine Perdolente Albás y Blanc parentes exstiterunt.

**1) STUDIA**

Academicos gradus prolixiae ac laurea Iuris Civilis apud Caesaraugstanam ac Matritensem Studiorum Universitates obtinuit, Summa cum laude lauream consecutus.

In Pontificia Universitate Caesaraugstana, tunc existenti, integros quinque Sacrae Theologiae curriculos, maximis obtentis qualificationibus, perfecit.

Nondum sacerdos sed per primam tantum tonsuram inter clericos cooptatus, ab Em.mo Cardinali Soldevila, Moderator Seminarii a Sancto Francisco de Paula renuntiatus est.

**2) APOSTOLATUS**

**a) Pauperes**

Ut dissertationem ad lauream pararet, anno 1927, Matriitum perrexit. Atque, sacerdotali ministerio assidue deditus, scientificis laboribus non obstantibus, ibi ab anno 1927 ad annum usque 1931 opus apostolicum exercuit inter pueros pauperes ac aegrotos egenos, quos domibus suis per miserrima civitatis suburbia quotidie invisebat.

Dein, cum operis apud Universitatis studiosos magnitudo ut illud activitatis sacerdotalis genus relinquenter, Rev.mo Episcopo approbante, coegerit, non praetermisit quin singulis dominicis aegrotos pauperes in Generali Valetudinario visitaret.

**b) Universitarii**

Mense octobri anni 1928, de consensu Rev.mi Antistitis Matritensis-Complutensis, assidua oratione ac iugi poenitentia comitantibus, intensum ac firmum laborem formationis apostolicae inter iuvenes Universitatis auditores atque Specia- lium Superiorumque Scholarum alumnos, interioris vitae et professionalis perfectionis cultu mediante, evolvere incepit. Quod quidem opus tacitum, in directum profundum validissimumque Ecclesiae servitium ordinatum, et ab initiis a plurimis Episcopis toto ex corde benedictum.